



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Procerus miles à pumilo, per crudele[m] jocum jussus trucidari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

opera defendere; non dare istis occasionem superbiendi; aut iocando ludere.

Barbarè eiusmodi hominum aliquem, ad oblectationem suam, adhibuit, Pesto in Hungaria recepto, Solimannus, qui maximis usus itineribus in Pannoniam peruenit, adductosq; ad se Christianos captiuos circiter octingentos, paucis demitis, crudeliter trucidari iussit. Erat in ijs procera statura Noricus miles, hunc in Germanorum contemptum iussit pumilioni, vix militis eius genua capite attingenti, necandum tradi. Erat hoc fœdissimum spectaculum, virum fortissimum, imbecilla nani manu, per visum & iocum, crebris ictibus humi prosterne, & agrè tandem, præ virium imbecillitate, iugulari. Huiusmodi spectaculo immanissimi Turcarum Principes sese suauiter oblectabant. Et hic quidem Solimannus id sibi iucundum esse ostendebat, vt magnum parui faceret, paruum magni æstimaret.

Alij humanioribus modis oblectationem è pusillis his ceperunt. Cardanus refert, pumilionem, virum perfectæ ætate, cubiti longitudine in pissetaci cauea, in Italia fuisse ostentatum. Curiosè spectatam puellam, nouem annorum, & à se quoque spectatam scribit Albertus, quæ magnitudine vnus anni videretur. M. Antonius quoque ad pompæ ornatum Sisiphum pumilionem, intra bipedalem staturam, ingenio viuacem fertur habuisse. Augustus autem adolescentulum honestè natum bipedali minorem, Lucium nomine, scribitur, spectaculis exhibuisse. Canopas certè in delicijs fuit Iulæ neptis Augusti, duos pedes & palmum longus. Cuiusmodi etiam fuisse aiunt Andromedam Iulæ Augustæ libertam. Quin, hitam parui adeò sæpe magni æstimari sunt, vt etiam mortui in ipsis sandapilis spectarentur. Siquidem Manius Maximus & M. Tullius equites Romani, qui binum cubitorum fuere, Varrone teste, defuncti adibantur, eosq; se in loculis asseruatos vidisse testatur Plinius. Et, vt idem memorat, fuerunt semipede maiores sub Angusto Pustio & Secundilla, quorum corpora miraculi gratiâ asseruata sunt in conditorio Sallustianorum hortorum. Cur hæc non mirarentur homines, cum Deus sæpe mirabilior sit in paruis, quàm magnis? tot enim

R III 2 motuum

III.

Laurent. Sur.  
Comment.  
rer. in orbe  
gestar. Anno  
1541.

IV.

Cardan. de  
subtilit. lib.  
de Hom. ne-  
cessi. & forma.  
Idem Card.  
lib. 8. de va-  
riet. rer. c. 43.

Plin. l. 7. c. 16

Ibidem